PONDERA
ET
MENSURAE.

Firma et ſicca ſemper ponderanda ſunt, et eadem ac in auri et argenti commercio pondera adhibenda; ſed uncia aliter dividitur; ut hinc patebit.

Libra	valet	Uncias duodecim.
Uncia	valet	Drachmas octo.
Drachma	valet	Scrupulos tres.
Scrupulus	valet	Grana viginti.

Liquida omnia, niſi contra diſerte præcipietur, metienda; eædemque quibus vinum metimur menſuræ ſunt, quarum inter ſe hæc ratio eſt.

Congius	habet	Libras octo.
Libra	habet	Uncias ſedecim.
Uncia	habet	Drachmas octo.